ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 79r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



honestis uero ac religiosis actibus socies. cum
requisitus fueris int sodales turpitudinis & in
cateruis noxiorum nequaquam fueris reptus.
dicetur dele. quia abiit interrogare dnm;
Sic igitur sci non de loco ad locum. sed de uita ad
uitam. de institutis primis abeunt. ad statuta
potiora. Dixit ergo & dns. Duae gentes
in utero tuo sunt. & duo popli de uentre tuo
segregabuntur. & populus populum superabit. ℣
id est eccla sinagogam. & quomodo maior ser
uiet minori. & iam ipsis iudaeis licet non creden
tibus notum est. De his ergo quae palam sunt & ualde
omnibus trita. dicere superfluum puto. Illud
si placet addamus. quod unumquemque nostrum qui haec audit
aedificare. & instruere quaeat. Ego puto quod
& de singulis nobis hoc dici potest. quia duae
gentes & duo popli sunt intra nos. Nam & uir
tutum populus intra nos est. & uitiorum nihil
ominus populus intra nos est. De corde enim
nostro procedunt cogitationes malae. adulteria.
fusta. falsa testimonia. doli. contentiones.
hereses. inuidiae. comessationes. & his si
milia. uides quantus malorum populus in
tra nos est. Si uero mereamur illam uocem
℣ Et maior seruiet minori; quomodo populus populum
superauerit.